



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 22. Superbiæ origo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

Sedebo in monte testamenti. If. 14. 13. aliis *stantibus* Dan. 7. 10. Superbus spiritus sessionem sibi arrogat, tanquam plus meritis. Did. Niff. D. 10. Pent. §. 4.

Nisi efficiamini sicut parvuli &c. Matth. 18. 3. Quantum homo habet tumoris, quantum habet superbiæ; tantum habet averfionis à regno cœlorum. Cajetanus hic.

Rogo te Pater, ut mittas cum in domum patris mei &c. Luc. 16. 27. Non conveniunt hæc preces ex bono effectu ad salutem fratrum; sed ex affectu superbiæ. Superbus enim, videns se dejectum in miseriam, quamvis omnes vellet esse miseros similes sibi, aut miseriore se, videns tamen aliquos evafuros miseriam, appetit suos esse, qui evadant miseriam; ut vel sic, hoc est, in suis, exaltetur. Cajetanus hic. Sicut rarus est, aut nullus, qui de se mala dici æquanimiter ferat; ita rarus est, qui non bene de se velit sentire; & se, si rectè vivit, stantem in vitæ rectitudine non diligit æstimari. S. Cyprianus de jejun. & tentationibus.

Qui acceptis virtutibus extollitur; non gladio, sed, ut ita dixerim, medicamento vulneratur. Quid est enim virtus, nisi medicamentum? & quid est vitium, nisi vulnus? S. Gregor. moral. l. 33. c. 11.

Quid est superbia, nisi perverfæ celsitudinis appetitus? perverfa enim celsitudo est, desertio eò, cui debet animus inhaerere principio, sibi quodammodo fieri, atque esse, principium. S. August. de Civ. l. 14. c. 13.

Videte, quanta opera faciat Superbia. Ponite in corde vestro, quam similia faciat, & quasi paria, charitati. Pascit elurientem charitas; pascit & superbia: jejunat charitas; jejunat & superbia: sepelit mortuum charitas; sepelit & superbia. --- Facit superbia id, quod facit charitas; sed sine maxime diverso facit. Charitas facit, ut Deus laudetur; superbia, ut ipsa laudetur &c. S. August. tr. 8. in ep. Joan.

§. XXI.

Superbia qui præ aliis obnoxii?

Num. 1.

Ingressi sunt filii Israel per medium siccis maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum, & leva. Ex. 14. 22. *Steterunt aquæ descendentes in loco uno, & ad instar montis intumescerent.* Jos. 3. 16.

Jordanis montis altitudinem ostentat, murorum solum altitudinem mare. Naxera in Jos. 3. §. 35.

Similis ero altissimo. If. 14. 14. In cœlo Lucifer æqualitatis ambivit honorem; verum ad ima dejectus jam inhiat excellere. Matth. 4. 9. *hec omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Id. ib.

Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus; & in capite ejus corona stellarum duodecim. Apoc. 12. 1. Eminentior sibi degerunt locum stellæ, sole, lunæque, ignobiliores. Id. ib.

Superbia vilitatis est vitium, & indicium ignobilitatis: nescit autem extolli nobilitas men-

tis. D. Valerianus Ep. hom. 14. de bono disciplinae.

Spicæ. Lem: Exaltantur inanes. Vel. Lem: Pendent onusta. Picinelli.

Ovum putridum aquæ supernat, integrum mergitur. Lem: *Haud sedit inane.* Malenius.

Qui minus virtutis habent, ambiunt supereminere, & aliis dominari.

Num. 2.

Superbia non patitur æqualem.

Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse major? Luc. 22. 24. Non magni cupierunt esse Apostoli, sed majores. Hoc maxime cavendum in domo Chrilli: nam magnus quis esse possit? ubi nullæ infule, nullus honor, nullum dignitatis, nec omen, nec nomen. Major verò quis esse non cupit? non minimos nos esse tædet, sed minores. *Sedebo in monte testamenti.* If. 14. 13. Ait superborum coryphaus. Cur vis ibi sedere? an Deus esse cupis? num Deo imperium optas eripere? Nec Deus esse volo, nec Deum regnò carere: nolo inferior esse Deo, nolo Deum superiorem me esse; *similis ero Altissimo.* If. 14. 14. non fit ille me major, & minimus esse non recuso. Sim pulvis, dummodò non videat dissimilis Altissimo. Oliva t. 2. Strom. §. Facta est contentio.

Quantò excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tantò majores habent causas formidinis, & tremoris; nè de ipsis probitatis argumentis mens sibi bene conscia, & laudis avida, in superbiæ rapiatur excessus; & fiat imunda vanitate, dum sibi videtur clara virtute. S. Ambros. ep. 85.

Superbia, natione cœlestis, sublimes appetit mentes; & velut ad proprios orrus revolans, in gloriam, & puritatem, irumpit hominum. Prima hæc, & ultima, pernicies, ante omnia vitia superavit, post omnia superatur. Hildebertus Turon. ep. 31.

Non tam vinum rusticos; ut superbia potentes, inebriat. Alvarez Illustr. 50.

§. XXII.

Superbia origo.

ET gloriabatur quasi potens. Judith. 1. 4. Nascitur è magnis honoribus Superbia; ut teredo è ligno, è panno linea. De Sedechia Ezech. 7. 10. *floruit virga.* Lyranus: sceptrò florere visus est. Quid inde? *germinavit superbia:* regni flores superbiæ fructum peperere. Quod sibi malum ut caveret Gedeon, sceptrum recusat. Judic. 8. 22. *dominare nostri tu.* v. 23. *non dominabor vestri.* firmusque est in repudiando sceptrò; cautus, teste Abul. q. 20. ut non superbiret, principatum non accepit. &c. Velloso in Judith 1. 4. Paræn. 7.

Exaltatio, est inflatio; & arrogans, ac superba, jactantia; non de Chrilli magisterio, qui humilitatem docet; sed de Anti-Chrilli Spiritu, nascitur. S. Cyprianus ep. 55.

Pulchritudo florum, & decor varius herbarum, ipsumque omnino scœnum, amictu nostrò

Yyy y 3

inve

ia con-
rtem,
quòd,
indum
mmo-
a. i.
si non
gi gu-
plà re,
Dei:
e cum
72. 5.

ostis,
quòd
tatio-
isc. de

sumt.
es ab
s, cir-
aben-
quan-
lesia:
illis.
gelo-
agnæ
ctus.

Me-
o, ad-
ten-
ut in
4. in
ator;
3. de
num
& vi-
bluit.
o no-
gna-
figi;
iam,
etur.

omi-
cun-
culis
um.
tan-
orce-

mod
utas
qui
emi-
, ex
vo-
fia,
19.
ster.
Qui

invenitur pretiosius. Cur ergo ex his in superbiam mentis erigeris; in quibus perfacile de te obtinet etiam herba victoriam S. Chrysol. hom. 23. c. 6. in Matth.

In caelo nata est superbia; sed velut imme-

mor, quâ inde viâ ceciderit; illuc ultra redire non novit. Hildebertus Turon. ep. 36.

Ipsæ etiam sordes vestium, & cilicium, aliquando superbiae vermem mendacissimum generant, & nutriunt.

TITULUS XLII. SUPERFLUA.

ET dederit mihi panem ad vescendum. Gen. 28. 20. Petiit nec nimis parum, nec nimis multum; sed tantum panis, quantum fami sedanda sat esset; & tantum vestium, quod sat esset corpori tegendo. Paoletti D. 4. Pent.

Colligat unusquisque ex eo, quantum sufficit. Ex. 16. 16.

In flumine pertransibunt pede. Pl. 65. 6. Hugo Card. hic: flumen vocatur delicia, quæ fluunt, & deficiunt. Duo pedes necessitas, & voluptas. Dicit pedem in singulari: quia unum tantum pedem debemus mergere in aquis hujus fluminis; ut sumamus de rebus transitorii tantum ad necessitatem, non ad voluptatem. Hoc flumen pertransiunt multi duobus pedibus: quia accipiunt bona transitoria ad necessitatem, & ad voluptatem.

Vidimus stellam ejus. Matth. 2. 2. Dicite potius, vidisse vos ejus solem, lunam, & stellas; quorum ille sit Dominus; nec unius tantum stellæ dominum facite, quæ ipsum illuminet. S. Chrysol. l. 156. verè, sicut dixit Apostolus, *egenus factus est, cum esset dives*, 2. Cor. 8. 9; cum esset in sua Deitate dives, nostrâ sit pauper in carne; & habere cepit stellam unam, totam qui fecit, habet, & continet, creaturam. q. d. qui in stabulo natus, in præsepio reclinator; ei una stella satis est, nec major ostentatio necessaria. Quale enim hoc esset, si pauper, cui pro lecto est præsepe, & pro domo natali stabulum, plures faceret ad suum obsequium adhiberet. Did. Niss. Dom. Palm. 5. 6.

Dic ut lapides &c. Matth. 4. 3. Non dixit, ut lapis hic, panis fiat; sed *lapides*; volens Christum ad superflua instigare. Esurienti enim unus panis sufficit: & propter hoc Christus non dividit eum. Theophylactus hic,

Resplenduit facies ejus sicut sol. Matth. 17. 2. Immodicam vultus claritatem vult Matthæus indicare, cum illum ait solis instar resplenduisse. Sed non videtur magna exaggeratio, quando Isaias 30. 26. de beatis ait, eos sole septies splendidiore futuros. Quod si ita est, cur Christus tantum sicut sol resplenduit? Ad mensuram conditionis suæ extendit suam ostentationem: nec splendorem prætulit majorem; quàm tunc res postulabat. Erat eò tempore in carne passibili, & vita mortali; nec plus splendescere voluit,

quàm status, in quo degebat, requirebat. Did. Niss. Dom. Palm. 5. 6.

Sufficit. Marci 14. 41. Christus post aliquantulam quietem continuò intulit. Sufficientiæ verbum omne superfluum abrogat, & condemnat. Difficile semetipsum, propter inhærentem passionem, homo cognoscat; nisi extra se discretum habeat provisorum. Veruntamen longa experientia custodita, & dissoluta compassio ad animale corpus, in sufficientia, & superfluo, discretum hominem fecit. Sim. Cass. l. 13. c. 8. hic.

Concluserunt piscium multitudinem copiosam. Luc. 5. 6. *Rumpebatur autem rete.* *Impleverunt ambas naviculas, ita ut penè mergerentur.*

Quid faciam? quia non habeo, quò congregem fructus meos. Luc. 12. 17. Non gaudet, quòd domi omnia repleantur; sed pungitur animò, ex affluxu divitiarum. S. Basilus apud Paoletti D. 4. Pent.

Dividebatur singulis, prout cuique opus erat. Act. 4. 35. Bombarda periclitatur, si instructor plus, quàm opus sit, immittat pulveris: nam illam dirumpit. Oliva t. 3. conc. 24.

Circumsusit eum lux de caelo, - apertisque oculis nihil videbat. Act. 9. 3. 8. Non ille obsecrante tenebrarum, sed luminis nimietate, excœcatus est. S. Chrysol. hom. 4. de S. Paulo.

Quæstus magnus, pietas cum sufficientia. 1. Tim. 6. 6. Sufficienciam quærite; quod sufficit, quærite: plus nolite. Cœtera gravant, non sublevant; onerant, non honorant. S. August. l. 105. de temp. Quidquid superfuerit honestæ sustentationi, id totum, quod manna fiebat Ex. 16. 20. abicit in vermes mordentis conscientia, & pacem turbantis. Oliva t. 3. conc. 24.

Tunc Petrus velut vinctum illum (Simonem Magum) de sublimi verè deposuit, & quòdam præcipitiò in saxa elidens ejus crura confregit. Et hoc in opprobrium facti illius: ut, qui paulò antè volare tentaverat; subito ambulare non posset: & qui pennas assumpserat; plantas amitteret: S. Maximus hom. 5. de SS. Petro, & Paulo. q. d. Simon nimis temerarius erat, dum non contentus velut homo per terram gradi; sed instar avis in aère volare voluit: ideo justè,

& alis, & pedibus, privatus est.
Paoletti cit.

